



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Conductio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

- 3 Concilium Prouinciale potest excommunicare Archiepiscopum.  
 4 Concilij Prouincialis decreta non sunt publicanda Papa inconsul. *Ex Congr. Concil.*  
 5 Ad decreta Concilij Diocesani non requiritur Cleri approbatio. *Ex eadem.*

*Concionator, vide Prædicare.*

*Conductio, vide Venditio.*

1 **C**onductor, si eius voluntate, aut eius casu fortuito, locator operarum, qui aliàs fuisset mercedem habiturus, est impeditus, tenetur soluere: tenetur & locator de damno ex sua culpa secuto. Ita quidam sentiunt; sed tu consule quæ de Casu fortuito, & de Culpa scripsimus.

\* De conductione multa *Mol. à d. 488. de locatione Lopez l. 1. c. 24. Garzias.*

\* *Vide Nau. c. 17. nu. 197. Fum. ver. Locatio. 15. Syl. c. nu. 12. Lopez l. 2. c. 26.*

2 Conductor potest expelli domo, ob necessitatem nouam locatoris eam habitandi, aut reparandi, aut si ibi inhonestè agat. In quo ultimo casu *Nauar.* ait nihil esse de pensione remittendum, alij id negant. Ego quidem in primo casu adderem, vt est additum in *Commodo*, nisi conductor aliàs domum fuisset, non sibi adimendam, conducturus.

\* *Nau. l. c. num. 93. 94. Sylu. nu. 9. Fum. 12. Mol. d. 499.*

3 Conductor domo discedens non potest suo loco alium relinquere, inuitis socijs.

\* *Syl. c. nu. 2. §. 5.*

4 Conductor equi tenetur ad expensas ordinarias, vt pastum, non autem ad extraordinarias, vt medicinas.

\* *Vide Lopez l. 2. c. 25. pag. 162. Syluest. l. c. numer. 16.*

5 Famulo non debetur stipendium temporis quo aegrotauit, nec dum aegrotat, expensa magna, sed modica, & cibus, nisi aliud sit in pacto, aut consuetudine.

\* *Vide Sylu. Fam. num. 4. & num. 6. in fi. Fum. cod. num. 2.*

6 Conductor tenetur pro rebus perditis ab alio, ob eius inimicitiam, cuius ipse causa est.

\* *Vide Mol. d. 494. num. 15.*

7 Conductor non soluens, potest statim expelli, nisi ad decennium conduxisset: tunc enim per biennium expectandum. Quod si locator promisit non expellere, intelligitur si soluat pensionem.

\* *Vide Nauarr. l. c. numer. 193. Sylu. l. c. §. vlt. num. 9.*

8 Cum timetur res peritura negligentia conductoris, poterit is cogi suscipere in se periculum, sed minuendum est aliquantulum pretium ob talem obligationem.

9 *Extra. Ambitiose, de non locandare Ecclesie ultra triennium, non videtur vbi que recepta,*

D 2 quo-

quoad pœnas extrinsecas. Vide *Nau. c. 27. nu. 149. & 150.*

\* *Vide Tol. d. 5. c. 91. num. 6.*

10 Locationes beneficiorum anticipata solutione, non valēt in successorum præiudicium. *Ex Concil. Trid.* Quidam tamen dicunt, si conductor soluisset, debere successorem ratum habere, si est conuersum in Ecclesiæ utilitatem.

\* *Tol. l. c. nu. 7. Syl. l. c. nu. 2. §. 3.*

*Trid. 3. Sess. 25. c. 11. de refor.*

Quidam 3 *Vide Cou. 2. var. resol. c. 25. num. 6. Mol. d. 492.*

11 Conductor coacto, ob pestem, aut alioqui iusta de causa re locata non uti, remittenda pensio pro rata, itemque in sterilitate fortuita, ut cum ex tribus partibus colligi solitis vix duæ colliguntur, nec fit compensatio fertilitate anni præcedentis, & sequentis. Non fit autem remissio si res sit locata ad decem annos pro parua pensione, aut si locator alteri locando fuisset pensionē integram habiturus, aut si aliud sit in pacto, aut consuetudine. Non dicitur autem sterilitas, si fructus collecti pereunt, nec fertilitas, si fructus multum valeant.

\* *Remittenda 3 Vide Syl. l. c. num. 12.*

*Fortuita 3 Syl. 14. Fu. n. 16. l. c. vide Nau. c. 17. à nu. 188. Mol. d. 493. & 495.*

12 Auctis fructibus casu fortuito, augendam pensionem pro rata, & minutis, minuendā, ait

*Nau.*

Nau. Ego id non puto usu receptum. Quòd si auctis fructibus casu fortuito conductor non auget pensionem, non video cur minutis illis, ea minui debeat. Quare in ijs standum puto, vt supra dixi, pacto, aut consuetudini.

\* Nau. § l. c. nu. 191.

Quod si § vide Sylu. numer. 14. Fum. nu. 17.

Mol. l. c.

13 Nec res Ecclesiastica, nec fructus pensionis locari possunt ad longum tempus, id est, decem annorum, nisi cum conditionibus requisitis ad alienationem.

14 Beneficiatus potest locare redditus beneficij ad annos nouem, quando fructus non nisi tertio quoq; anno recipiuntur, sed illo mortuo expirat locatio. Locatio tamen rei Ecclesiæ facta à Rectore nomine Ecclesiæ, eo mortuo durat.

\* Tol. l. 5. c. 91. num. 6. Sylu. l. c. nu. 5. §. 2. Fum. l. c. num. 5.

Expirat § Vide Trid. l. e. Syl. l. c. §. 3.

15 Conductor debentur expensæ necessariæ, & quibus res facta melior.

\* Fum. 21. Syl. l. c. 16. vide Mol. d. 496.

16 Locationi factæ per virum de re vxoris, non tenetur ipsa stare soluto matrimonio, nisi se ad id obligasset.

\* Vide Mol. d. 492.

17 Conductor potest rem locare alteri personæ honestæ, nisi aliud sit conuentum.

\* *Syl. num. 2. §. 5. Fum. num. 7. l. c.*

18 Vſufructuarius non poteſt rem locare vltra tempus vitæ ſuæ.

19 Prohibitus rem obligare, poteſt in breue tempus locare.

20 Cui conceſſa eſt domus habitatio, poteſt eam alteri locare, ſecundum quosdam, quod ego non puto in totum verum, niſi ſit vſufructuarius Vide Domus.

\* *Vide Syl. num. 2. §. 5. l. c.*

21 Si ſine conuentione de pretio, conduxiffi ſolituſ operas locare, debes ei ſoluere quantum talibus dari ſolet.

\* *Syl. Familiaru. 6. Fum. eod. 9.*

22 Alienum torquem locans, non tenetur pretium reſtituere, ſi eius dominus non fuerat locaturus. Quidam tamen dicunt teneri, ſaltem in quantum factus eſt locupletior, quod videtur probabile.

\* *Vide Mol. d. 310. Garziam c. 40. num. 8. Lopez lib. 2. c. 20. in ſi. Nau. c. 17. num. 216. de pignore frugifero loquentes.*

23 Conductio rei ſpiritualis ipſo iure eſt nulla, vt & venditio.

\* *Vide Tol. l. c. num. 5.*

*Congregatio, vide Collegium,  
Reſpublica.*

1 **C**ongregationes piæ, ſodalitates, ſeu confraternitates non poſſunt fieri ſine aucto.